

4994

SZENT-LÁSzlÓ KIRÁLY
SIRJÁNAK KÁPTALANA
VÁRADON.


IRTA

BUNYITAY VINCZE.

BUDAPEST.

AZ ATHENAEUM R. TÁRS. KÖNYVNYOMDÁJA.

1879.



20471



Már V. László király szándékozott Váradon, hol temetőhelyét is választá, alapítani egy káptalant, mely egy prépostból s 12 kanonokból állott volna¹⁾. Azonban véletlen halála megakadályozá szándéka teljesítésében. Később 1459-ben Vitéz János, váradi püspök karolta föl László király tervét, s II. Pius pápától már engedélyt is nyert arra, hogy a már csaknem egészen elhagyatott és pusztuló szent-jobbi benczsés apátság- s váradi-előhegyi premontrei prépostságból megalapíthassa az említett új káptalant²⁾. Mindemellett Vitéz sem alapíthatta meg azt állandólag, hihetőleg a benczsés- s premontrei-rend erélyes tiltakozása³⁾ s talán azon körfülmény miatt is, hogy Vitéz nem sokára 1465-ben távozott Váradról.

Erre az új káptalan föllállításának ügye elejteték, s úgy látszik, hogy örökre. Legalább Farkas Bálint, váradi püspök 1491-ben már nem az új káptalan föllállításán működött, hanem azon, hogy a váradi-előhegyi prépostságba a cistercita-rendet hozza be. E működése ismét hajótörést szenevezett a leleszi premontreieknek az egri káptalan előtt tett tiltakozásán⁴⁾). De Bálint püspök azért még nem tágított, csak kissé módosítja tervén: újabban a karthausiakat akarta a váradi-előhegyi monostorba behozni. 1494-ben már kezében volt II. Ulászló király levele melyben az Ő kérelmére VI. Sándor pápa jóváhagyása s az ország rendeinek javallása mellett a király a premontrei-rend kérdéses prépostságát minden javai s jogaival a karthausi szerzetnek adja⁵⁾. Ez adomány azonban csak papiroson maradt; a karthausiak nem foglalák el

¹⁾ »Unum collegium unius prepositi et duodecim perpetuatorum beneficiatorum, qui canonici et collegium ipsum sepulcri sancti Ladislai Regis nuncuparentur« Theiner: Monumenta hist. Hungariam s. illustrantia II. p. 320.

²⁾ U. o. 321. l.

³⁾ Epistolae Mathiae Corvini. 58. l.

⁴⁾ Jászai házi levéltár: leleszi protocollum. 64. l.

⁵⁾ Kereszty József: Descriptio Episcopatus et Capit. Varadinum. I. 25. l.

a nevezett prépostságot valószínüleg *Bálint* püspöknek csakhamar 1495. tavaszán közbe jött halála miatt.

Utódja, *Kalmancsai Domonkos* püspök (1495—1502) ismét föleveníté ez ügyet, még pedig eredeti alakjában, s közel felszázados vajudás után megalapítá *Vitéz János* terve szerint az előhegyi prépostságból Szent-László sírjának káptalanát¹⁾; a szent-jobbi apátság már előbb, 1493-ban a pálosoknak adatván²⁾). Ugyanö az uj káptalannak, minthogy megtartá a volt prépostság hiteleshelyi jogát, uj átalakított pecsétet eszközölt ki³⁾, és rendszabályokat adott. E rendszabályokat van szerencsénk ezennel bemutatni. Czímök tulajdonképen nincs, mert a pozsonyi káptalannak átiratában, mely a jászai konvent házi levéltárában őriztetik⁴⁾ találtuk azokat.

Ez uj káptalan fönálla azután Váradon a 1566-iki tordai gyűlés hirhez végzésének végrehajtásáig⁵⁾), amint erről a nevezett káptalannak számos, a XVI-ik század első felében kelt kiadványai tanuskodnak, nevezetesen II. *Zápolyai Jánosnak* 1566. január 22-én kiadott parancsára ugyanazon év march. 18-án még birtokba-iktatást teljesíte, s erről april 2-án tehát számüzetése előtt (april. 7.) csak 5 nappal költ levelében⁶⁾ jelentést is tön a fejedelemnek.

¹⁾ Lásd e káptalannak alább következő rendszabályait.

²⁾ *Simon Máté: Supplementum ad dissertationem de Dextera S. Stephani regis* (Vácz, 1797) 134. l.

³⁾ *Nátafalusi Kornél: A jászovári premontrei kanonok rend névkönyve.* (1872.) 32. lap. jegyzet. Zavarosan *Jerney János* a M. történelmi tár II. köt. 123. lapján.

⁴⁾ Fase. 100. Nro. 12.

⁵⁾ Századok (1878.) 577. l. Maga *Pray György* is: *Dissertation de S. Dextera d. Stephani regis* 35. l. csupán számüzetésről szól.

⁶⁾ Kinestári levéltár. N. R. A. Fase. 1686. Nro. 4. §. 7.

Sz.-László sírja káptalanának rendszabályai.

»Ego N. juro per hcc s. Evangelia reverendissimo domino Prelato ecclesie Waradiensis ac reverendo domino preposito nostro pro tempore existenti et suis successoribus canonice intrantibus in omnibus licitis et honestis semper obediare, discordias inter fratres nunquam seminare, bona ecclesie conservare, perdita vero seu indebita alienata iuxta posse recuperare, item statuta et constituciones præsentes approbatas et inantea approbanda et observanda servabo sine contradicione diligenter; item quod consilia, secreta ecclesie, tenores privilegiorum et aliarum litterarum sensum et intellectum, queve damnum ecclesie nostre verosimiliter vergere possent directe vel indirecte, occulte vel manifeste per me, vel per alium vel alias quoscunque non pandam aliquomodo; item et consilia fratrum de capitulo prenotate ecclesie nostre, et tractatus pro utilitate capitulari in loco capitulari vel extra factos ac habitos non manifestabo cuicunque. Item quod utilitatem huius ecclesie nostre consilio, favore et auxilio iuxta meum posse procurabo: ita me Deus adiuvet et gloriosa Dei genitrix virgo Maria et hec sancta Dei evangelia et sanctissimus Stephanus prothomartir etc.

Juramentum prestandum pro novo Decano tacto evangelio.

Ego N. canonicus novi Collegii iuro ad puritatem conscientie mee per hec s. evangelia Dei, quod iura ecclesie nostre s. Stephani prothomartiris et novi collegii negocia cure et sollicitudini mee iuxta tenorem presentis nostre constitutionis specialiter commissa fideliter et legaliter sine fraude pro posse exercebo; res et bona ad manus meas venientes Domino Preposito meo et dominis de capitulo sine fraude et dolo ac diminuzione et ad iussa eiusdem domini prepositi et canonicorum preserabculo: sic me Deus adiuvet et beatus Stephanus Prothomartyr etc.

In nomine s. Trinitatis. Amen.

Humanum genus duobus regitur: naturali videlicet iure et moribus sive legibus; lex nunquam dicitur constitucio scripta, mos autem est consuetudo longa. Et quia iuris precepto caveri novimus honeste vivere, alterum non ledere et jus suum unicuique reddere: eapropter nos reverendus in Christo pater et dominus frater *Benedictus*, episcopus Tiopolitanensis ac canonicus et in pontificalibus vicarius Ecclesie Waradiensis ac prepositus et canonici *noci collegii* sive sepulchri beatissimi regis Ladislai

ac capituli ecclesie b. Stephani prothomartyris de promonthonio Waradiensi cupientes in unione et concordia perfecta dies nostros et labores nostros continuos cum Dei adiutorio, quantum possumus, transigere; ut et in propria persona nostra et in rebus tam ecclesie nostre predicte, quam in privatis nostris negotiis tranquilla mente persistamus et a manu potentiori eas defendamus pro virili nostra: Constituciones presentes, quibus regulatissime vivamus et in iuribus nostris in alterutrum protegamus, unanimiter facere decrevimus, submittentes nos et bona nostra ac ecclesie nostre predicte — auctoritati et singulari protectioni et defensioni, ipsasque constituciones nostras correccioni, emendacioni atque reformacioni reverendissimi in Christo patris et domini *Dominici* episcopi ecclesie Waradiensis, domini videlicet et patroni, atque *auctori* *dicti novi collegii* et ecclesie nostre capitularis predicte gracio-sissimi.

Quequidem nostre constituciones infrascripte articulis de voluntate et consensu prefati domini fratris *Benedicti* episcopi, prepositi nostri et nostra communi descripte sunt salvo iure addendi, mutandi, minuendi et corrigendi prout temporis varietas exiget, nam statuta queque secundum varietates temporum imminentes transmutantur vel augmentantur aut diminuuntur ex causis novis rationabilibus et urgentibus supervenientibus. Quequidem tamen cause racionabiles ipsi domino preposito nostro predicto vel successoribus eiusdem et nobis unanimiter videbuntur, easque constituciones nostras presentes vel in futurum iuxta condiciones temporis ex voluntate et annuencia reverendissimi domini episcopi Waradiensis pro tempore existentis describendas dominus prepositus noster pro tempore constitutus atque quilibet ex nobis iuramento corporali ad sancto evangelio Dei manibus nostris tacta approbare sit astrictus et obligatus secundum formulam iuramenti presentibus insertam, ut eo forcius he nostre constituciones et statuta valitura sint et permaneant.

Primus articulus.

Quod quatuor canonici ex nobis secundum creacionem et senioratum ipsorum teneantur in ecclesia capitulari. S. Stephani per duos menses integros per se personaliter vel alium ex fratribus canonicis de voluntate domini prepositi nostri pro tempore constituti, inhabitare; ubi et universas *Fassiones, relaciones atque protestaciones nobilium regnicolarum referri audiant* et eas diligenter auscultent et notario referant inscribendas et annotandas; et elapsis dictis duobus mensibus alii quatuor canonici sequentes priores dictam ecclesiam nostram capitularem modo simili inhabitaturi per se vel per alium fratrem suum canonicum *ascendant*.

Secundus Articulus.

Quod reverendus dominus frater — *Benedictus* episcopus et prepositus noster pro tempore constitutus, et successores sui prepositi teneantur singulis diebus Dominicis et festis in ecclesia nostra praedicta capitulari

S. Stephani Prothomartyris in cantu celebrare vel celebrari facere unam missam de die occurrente, vel prout devocio ipsius domini prepositi et canonicorum exiget: contrafacentem idem dominus prepositus noster pro ipsius negligencia mulctetur in quinquaginta denariis usualis monete. Preterea in ecclesia b. Stephani ipsi canonici residentes teneantur primas et secundas vesperas in festivitatibus et diebus dominicis occurrentibus cantare, ipse quoque dominus prepositus noster — nomine et vice sua aliquem idoneum presbyterum ipsis canonicis associet cantore (igy) primas et secundas vesperas festivitatis vel solennitatis occurrentis, ut (ac?) si festivitas precipua, puta nativitatis, Resurreccionis, Epiphaniarum Domini et beatissime virginis Marie, omnium Sanctorum et his similes, aut solemnitas Patronorum nostrorum occurrerint: eciam ex aliis canonicis ad arbitrium domini prepositi nostri pro tempore constituti ascendant.

Tercius Articulus.

Quod ipsi quatuor canonici assignati ad inhabitandam dictam ecclesiam nostram capitularem teneantur et missam dici in festivitatibus et diebus dominicis cantare, et feriatis diebus missam unam secundum eorum seriem privatum sine cantu celebrare pro animabus benefactorum et elemosinariorum nostrorum; contrafaciens pro qualibet negligencia mulctetur in decem denariis.

Quartus Articulus.

Quod canonici alii preter illos quatuor canonicos, qui ad ecclesiam nostram capitularem S. Stephani designati sunt, tencantur in propriis eorum personis, nisi aliquid legitimum eis obstet impedimentum, vel in alio aliquo negocio occupati sint, — missam beatissime Marie virginis in aurora in ecclesia cathedrali Waradiensi sub nomine et titulo novi collegii *beatissimi regis Ladislai* fundata in superpellitiis cantare; contrafaciens mulctetur in denariis decem.

Quintus Articulus.

Quod redditus et obvenciones universarum possessionum, porcionumque possessionariarum, molendinorum et pratorum atque decimarum et nonarum tam frugum, quam vinorum, agnellorum, et quartam frugum de Comitatibus Békess et Kyskereskeöz provenire debencium equaliter inter nos (eos?) qui divinis deserviunt vel, ut supra, deservire faciunt, dividantur; pecunie vero sigillares et alie quotidiane distribuciones tantummodo in sacris existentibus et non aliis interessentibus dividantur, nisi prout de iure communi, salva dupla parte, que ex his redditibus domino Preposito nostro pro tempore constituto deputetur, assignetur et excidatur.

Sextus Articulus.

Quod omnes canonici creati novi collegii residenciam faciant personalem nisi a reverendissimo domino Episcopo Waradiensi pro tempore constituto cum aliquibus eorum dispensemur; tales tamen absentes nihilominus onera ipsis incumbentia per alios substitutos diligenter adimplere faciant; alias enim nullatenus valeat aliquis ex nobis pretextu alicuius privilegii vel concessionis se absentare ab hac ecclesia nostra capitulari et novo nostro collegio propter necessitatem, et opportunitatem, quam habemus ad inhabitandam ecclesiam nostram capitularem et psallendam missam beatissime Marie virginis in aurora in ecclesia cathedrali Waradiensi; nisi necessitas vel evidens utilitas ecclesie nostre aliud exposcat.

Septimus Articulus.

Quod quandounque littere aliisque causales vel quecunque alie sigillande erunt, ex insinuacione notarii nostri sive scriptoris custos et conservator *clavis* sigilli nostri capitularis tenebitur convocare universos fratres nostros in *sacris constitutis* tempore, quo missa beate Marie virginis in aurora in ecclesia cathedrali Waradiensi cantabitur ad sigillandum, vel saltem aliquo ex fratribus nostris absente, suo substituto vel supportanti significare, ut si volet (*igy*) ad sigillandum ascendat hora ad hoc deputata; alioquin alio tempore si aliisque littere sigillande venerint, idem conservator clavis sigilli tenebitur fratribus nostris insinuare et *ex dominis* eos convocare ad sigillandum. Item de voluntate domini Prepositi nostri et nostra communi eligatur aliquis ex fratribus nostris in *sacris constitutis*, qui tamen sit idoneus et fidelis, pro conservatore *clavis* sigilli nostri capitularis.

Octavus Articulus.

Quod dominus Prepositus noster pro tempore constitutus curam gerat et superintendat bonis et possessionibus ac jobbagionibus ecclesie nostre predicte et advertat ad fratres nostros, ne cum ad decimandum electi fuerint vel ad colligendum: proventus nostros quoescunque pro se ipsis quidecumque ex eis usurpent et vendicent; et universi proventus et redditus nostri ad manus decani nostri pro tempore constituti administrantur et presententur, qui postea fideliter ipsi domino prelato nostro et nobis assignare valeat.

Nonus Articulus.

Quod cum ipsis fratres nostri taliter ad colligendos redditus nostros deputati, redierint: ipse dominus Prepositus noster cum canonici fratribus suis ad id per eum convocatis vel per eos ad id electis, ab eisdem raciones exigat et circumspiciat: si idem diligenter et fideliter officium suum compleverit.

Decimus Articulus.

Quod propter paucitatem proventuum nostrorum hoc tempore existentium aliquis ex fratribus nostris per ipsum dominum Prepositum nostrum pro tempore constitutum et nos in festo Circumeisionis Domini vel sequenti die electus in decanum: hoc officium decanatus assuminere et acceptare debeat sine difficultate aliquali; qui universas causas et lites ac controversias colonorum et jobbagionum nostrorum audire et eas definire debeat; si vero aliisque ardue fuerint, eas vel per viam simplicis querele vel per viam appellaciones definiendam ad dominum Prepositum nostrum pro tempore constitutum transmittat, qui una cum voluntate nostra cognoscere et fine debito terminare valeat.

Undecimus Articulus.

Quod notarius noster pro tempore constitutus iuramentum prestare teneatur, quod litteras necessarias sub sigillo nostro capitulari emanandas fideliter et sine fraude conscribet et conficiet; et litteras ac litteraria instrumenta et copias litterarum nobis sine diminucione presentabit.

Duodecimus Articulus.


Quod Prepositus et Canonicci signanter in loco capitulari et eciam extra locum capitularem omni honore et reverencia se teneant, verba oprobriosa et contumelias aut iniurias unus alteri non inferat, neque procaciter unus alteri respondeat vel insultet; contrafaciens pro merito culpe *aut excludatur* aut multetur prout ipsi preposito et Canonicis videbitur. Si tamen talis exclusus pretenderet se gravatum, poterit ad dominum reverendissimum Episcopum ecclesie Waradiensis pro tempore constitutum vel ejus vicarium in spiritualibus appellare.

Tredecimus Articulus.

Quod quandocunque aliquis ex fratribus aliquid actionis movere vel intentare voluerit contra alium fratrem suum: extunc idem talis accusator ex fratribus prius conveniat illum fratrem suum in presencia domini Prepositi nostri pro tempore constituti, qui una cum fratribus actionem seu lites et controversias illius fratris accusatoris audiat, intelligat et fine debito concludat atque definiat; deinde autem si voluerit, poterit ad reverendissimum dominum Episcopum Waradiensem aut eius Vicarium appellare.

Decimus quartus Articulus.

Quod dominus Prepositus noster pro tempore constitutus aliquo rancore vel indignacione contra aliquem ex fratribus forte concepta non valeat sua auctoritate vel temeritate illum fratrem nostrum vel aliquem ex nobis captivare, detinere vel incarcere, vel beneficio aut pro-



ventibus suis privare aut excludere de collegio fratrum, — nisi prius
habito tractatu cum fratribus idem Prepositus noster cum suis Canonici-
cis iudicaverit legitime puniendum aut excludendum vel multandum.

Quindecimus Articulus.

Item ut omnes fontes discordie et dissidie procul a nobis habeantur, statuimus: quod nullus ex nobis audeat facere parcialitates aliciendo et attrahendo fratres ad vota sua, vel conquirendo voces multas et favores fratrum quounque quesito colore, ut voluntati sue satisfiat, et id habeatur in capitulo, ut sibi videtur et placeat; contrafaciens, tamquam unitatis et concordie destructor, privetur proventibus trium integrorum mensium.

Ego *Sigismundus Thurzo*, episcopus Ecclesie Waradiensis etc. pre-tactas constituciones ac omnes et singulos articulos eiusdem constitucionis per hoc manus scriptum meum, tamquam Ordinarius et Prelatus confirmo et roboro. Datum in castro nostro Waradiensi feria sexta, 15-a Decembris anno salutis millesimo quingentesimo octavo.«







Rajz, Bubics Zs. 1880.

A NAGYVÁRADI L. SZ. SZÉKESEGYHÁZ.

Felszenteltetett 1780. Pünkösd után VI. Vasárnapon.